

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Wersja sandomierska

Rękopis Rosyjskiej Biblioteki Narodowej w Sankt Petersburgu, sygn. Lat. Q II 157, tekst 2, k. 123ra–123rb

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 112 [Gn. 113]

[112] De civitate Meydiburk.

Nunc attendatis de civitate Meydiburk. Cum primo Meydeburk fuit locatum seu fundatum imperatoris Octonis Magni consilio, et cum terre arbitrio, et stabilitum fuit in suo iure, sicut nunc tenet municipali secundum consuetudinem antiquorum, idcirco utraque utitur uno iure. Eapropter omnes de Polonia et Bohemia, qui sub iure locati sunt Theutunico et de marchia et Mysynensi provincia, hii omnes ius suum in Hallis recipere debent, et de civitatibus, que in hiis districtibus locati sunt. Et si sentenciam ignoraverint aut defectum habuerint in una sentencia, hoc oportet in Meydiburk querere. Idcirco, quia omne municipale protegit, quod iure terrestri fieri non potest, quod cum reprobata sentencia de marchia comitatum trahi possit, que marchio secundum suum proprium arbitrium iudicat, quod comes aut personam gratiam non facit, sed iudicat sub banno regio. Hoc idem fit in omnibus civitatibus, ubi bannum regium est, quod vir demeretur tria talenta iudici feodato sub banno regio. Sin autem iudicatur sub banno regio, [k. 123rb] tunc sculteto demerentur octo solidi de iudicio cum sentenciis scabinorum. Idem fit burgravio. Scabini undecem esse debent, et scultetus duodecimus^a, quia burgravius primam sentenciam diffinire debet. Quia burgravius ullum bannitum iudicium absque sculteto habere potest, nec scultetus ab hiis undecem scabinis.

^a w rkp. xiius

[hasła: miasto, Magdeburg, Otto Wielki, prawo niemieckie, zwyczaj, Halle, Polska, Czechy, Miśnia, Marchia Łużycka, wyrok, skarga, sąd królewski, sołtys, sędzia, ławnik, burgravia, sąd wyłożony]